1473. 3/IX

Kasimirus rex Poloniae

Civitatem Wieliczka a onere podwody liberat

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lythwanie Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium universis quibus expedit, Quod attendentes Ciuitatem nostram Wyeliczka casu infausto voragine ignis magna in parte fuisse nouissime consumptam, Ciues ex ustione Incole eiusdem notabilia in bonis eorum damna susceperunt, quibus obstantibus domorum suarum edificiis nequeunt intendere [illegible] nisi nostre liberalitatis et beneficencie gracia speciali se esse suffultos senserint, Ipsorum igitur ciuium prefatorum defectum dampnis que per eos taliter susceptis compati et parte in aliqua opitulari et succurrere ipsis volentes, Infra scriptum seu a data presencium a Podwodis ad decennium. A censibus vero omnibusque et singulis prouentibus Redditibus Laboribus honoribus contribucionibus, Exaccionibus quibuslibet et aliis angariis, omnibusque ceteris prouentuum nostrorum quocunque vocentur solucionibus ad decem annorum continue se sequentium decursum ipsos absoluimus eximimus emisimus et libertauimus, Eximimusque et absoluimus tenore presencium mediante. Tibi igitur Magnifico Jacobo de Dambno Regni Polonie Cancellario Cracouiensi Sandecensi et [illegible] Capitaneo Sincere nobis dilecto, Et aliis officialibus nostris pro tempore existentibus, Committimus et Mandamus omnino hic volentes, quatenus Ciues et Incolas Ciuitatis nostre predicte quorum dumtaxat bona ut premissum est incendio et voragine ignis sunt absumpta in huiusmodi libertatis gracia conseruantes Censibus contribucionibus Exaccionibus quibuslibet Laboribus Podwodis et aliis angariis non [illegible] per quempiam exigi admittatis. harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Cracouie feria sexta post Egidii proxima Anno domini Millesimoquadringentesimo septuagesimo tercio.

Relacio Magnifici Jacobi de Dambno Regni Polonie Cancellarii et Capitanei Cracouiensis etc.

pos. exustionem Civitatis
Libertas de non dand exactionib

N 42 [illegible] libertas de non dandis pod...
[illegible] a contributione
[illegible] A 1473

N 49

od Czepowego.

1473
drukowany w N° 28
[illegible] z r. 1868